

« Chi fugge, fa
« ciò che Dio ha
« stabilito ab eter-
« no; quindi obbe-
« disse al decreto
« divino ».

O dirà egli che
Dio non vuole che
s'abbandoni un
luogo infetto, quasi
l'uomo dovesse abi-
tare in un determi-
nato luogo? Il che
è un assurdo,

come ben s'accorse
Socrate, allorquan-
do si chiamò cit-
tadino del mondo.

Il luogo d'abita-
zione è cosa indif-
ferente, nè più im-
porta lo stare in
un luogo, del las-
ciarlo, secondo i
tempi, a cui il
saggio dee confor-
marsi.

E difatti, se un
luogo ameno si sia
reso malsano, chi
negherà che lo si
debba lasciare, at-
tesochè i morbi in
generale colpisco-
no gli abitanti di
siffatti luoghi?

E quindi perchè
non sarà lecito
di abbandonare un
luogo dove infuria
la peste, contutto-
chè la sua origine
ci sia ignota?

Chè se si creda
la causa della peste
essere la sola vo-
lontà di Dio, è
chiaro che il passo
di Giobbe abbrac-
cia ogni specie di
morte, e, preso let-
teralmente, farebbe
vana qualsivoglia
cura della nostra
vita.

Occorre invece in-
terpretar quel pas-

persuasum sit tutum esse nec illaudabile fugere pestilentiam uti
possit, hoc pacto. quisquis ex aere tabido^(a) digreditur ad sospitem,
is id agit quod futurum esse Deus prescivit ante secula. non igitur
est obuius, at parens decretis eternis. nisi putes moram in loco
pestilenti Deo placitam, abitumque ex inde non gratum, quasi ces- 5
serit homini ad habitandum locus ille, non totus orbis, aut quasi
precipuum aliquid afferat habitacionis locus ad virtutem. quod
quam inconsiderate dicatur, quam a veritate divisum sit, vides.
vidit autem multo antea Socrates is, qui Apollinis oraculo fertur sa-
pientissimus iudicatus⁽¹⁾, qui non tantum incolatus sed ne originis 10
quidem locum magni faciendum censuit. rogatus cuias^(b) esset,
« mundanus » ait⁽²⁾. hec igitur et huiusce generis complura non
magis possunt ascribi virtuti quam vitio. qua de re talia dicimus
indifferentia^(c). uno itaque loco maneat an inde abeat, indifferens.
sine culpa moramur, sine culpa recedimus, cum occasionem attulit 15
immutata tempestas. nam sapientis est conformem sese exhibere
temporibus. habitabat quis ameno loco, qui deinde propter aquam
noviter ibi stagnantem factus est pestilens, quis ille qui non censeat
illico relinquendum? quid ita? quia scilicet necem plerunque,
morbos fere semper, videmus incidere qui locos incolunt huiusce- 20
modi. cur non eque liceat abire cum in propatulo sit^(d) epidimiam
in loco esse, quanquam causa non pateat, nisi cogitemus humano
ingenio vitari non posse eventum huius luis, cuius clam nobis
origo est? ac si arbitremur eius nullam causam esse preter Dei
voluntatem, qui, ut legitur in Iob, constituit homini terminos vite 25
quos preterire non possit⁽¹⁾, is tamen sermo genus omne mo-
riendi complectitur. ita ut, si verba spectes, videatur inutile quo-
quo casu vitam tueri, quam protendere tua cura non possis, nec in-
curia diminuere, ne terminos pretereas; nam et qui non attingit,
preterit, et qui transgreditur; quodque non tam inconsulte dicitur 30
quam dissone et pernitiöse. propterea « vite terminos » intelligimus

(a) *M* ex agere tabido (b) *M*² culus (c) *M* differentia (d) *M* scit

(1) *Cic. De amic. II, 6; Acad. I, IV, 16 &c.*

(2) *Cic. Tusc. V, xxxvii, 108.*

(3) *Iob, XIV, 5: « constituisti ter-
minos eius, qui praeteriri non po-
terunt ».*